

7966.

1369 september 14.

Uppsala.

Påvlige notarien Lars Mattiasson, präst i Strängnäs stift, intygar att dekanen Nils Torstensson i Uppsala och kaniken där Rötter från Alunda – vilka tvistade om dekanatsgården i Uppsala, som den senares morbror, numera avlidne biskop Sigfrid i Skara, hade skänkt till dekanatet medan han själv var dekan där – till skiljedomare hade utsett ärkebiskopen i Uppsala, ärkedjäknen Hartlev samt kanikerna där, magistrarna Mattias och Ulf, Nils från Hätuna, Nils Thomasson, Johan Torstensson, Magnus Tyrgilsson och Johan Ludolfsson, och lovat godkänna deras utslag. Skiljedomarna tilldömde dekanatet gården på villkor att dekanerna alltid höll årsmässa för nämnde Sigfrids och sina övriga företrädares själar. I annat fall skulle gården tillfalla Uppsala domkyrka. Vittnen var herr Ragnvald, prost och kyrkoherde i Torstuna, och herr Lars, prost och kyrkoherde i Valbo.

Instrumentet beseglas med ärkebiskopens och domkapitlets samt dekanen Nils och kaniken Rötters sigill och signeras av notarien med hans märke.

Orig. [A] på perg. (31,7 x 23,2, uppveck 2,2 cm; 30 + 5 rader; skadat), Sv. Riksarkivet (RPB nr 898).

Avskrift [B] i vidimation på perg. (skadat), – utfärdad av notarien Olof Nilsson i Uppsala – 1377 9/7 (RPB nr 1281), Sv. Riksarkivet.

Se G. Dahlbäck, Uppsala domkyrkas medeltida godsinnhav 1344–1527 (1977), s. 83.

In nomine Domini amen. Nouerint vniuersi et singuli presens publicum instrumentum inspecturi lecturi et audituri, quod anno eiusdem M<sup>o</sup>ccc<sup>o</sup>lxnono, jndiccione septima, pontificatus sanctissimj in *Christo* patris et dominj nostri dominj Vrbanj diuina prouidencia pape quinti anno septimo<sup>a</sup> et die xiiij<sup>a</sup> mensis Septembris jn mei notarij publici et testium infrascriptorum presencia personaliter constituti honorabiles et prouidi viri videlicet dominus Nicolaus Thorstanj decanus ecclesie Vpsalensis parte ex vna et <sup>b</sup>Rodcherus de Adhirlundum<sup>b</sup> canonicus eiusdem ecclesie parte ex altera compromiserunt et se compromississe de alto et basso recognouerunt et confessi fuerunt sponte scienter et prouide omni vi dolo malo induccione seu seduccionem cessantibus in venerabilem in *Christo* patrem et dominum dominum Birgerum permissione diujna archiepiscopum Vpsalensem et prouidos viros et dominos videlicet Hartleuum archidiaconum, magistros Mathiam et Vlphonem, Nicolaum de Hatunum<sup>c</sup>, Nicolaum Thome, Johannem Thorstanj, Magnum Thyrgilli et Johannem Ludholphi<sup>d</sup> canonicos dicte ecclesie tamquam in arbitros arbitratores · seu amicales compositores · de omni lite questione causa controuersiis, que in ciuitate Vpsalensi seu alibi vertuntur seu verti possent · inter ipsos dominos, decanum videlicet et canonicum Nicolaum et Rodcherum<sup>e</sup> · predictos et eorum quemlibet coniunctim vel diuisim super curia decanatus · dicte ecclesie Vpsalensis. Quam quidem curiam · reuerendus in *Christo* pater et dominus dominus<sup>f</sup> Sigfridus felicitis recordacionis episcopus Scarensis auunculus dicti dominj Rodcheri<sup>g</sup> medio tempore, quo fuit decanus ecclesie memorate · per sui industriam dicitur acquisisse · Qua siquidem compromissione in manibus eorum per dictos dominos sollempniter facta · cum attributione plenarie eorundem compromittencium potestatis predictis dominis et eorum cuilibet facte dictas causas questionem controuersias inter ipsos exortas audiendi examinandi terminandi arbitrandi ordinandi transigendi et componendi vel alias quomodolibet faciendi, prout ipsi domino archiepiscopo et dominis archidiacono et canonicis supradictis placuerit et videbitur expedire · promissioneque inter dictos dominos decanum et canonicum · adinuicem facta et conuencione vicissim interiecta · quod ipsi et eorum quilibet · acceptabunt · accipient · ratificabunt · et ratum et gratum habebunt · arbitrium compositionem · ordinationem et quitquid super premissis et quolibet premissorum · idem dominus archiepiscopus vna cum archidiacono et canonicis predictis duxerit faciendum sub cuiuslibet iuris renunciacione pariter et cautela · / predictus dominus archiepiscopus vna cum archidiacono et canonicis supradictis matura deliberacione prehabita <sup>h</sup>m[o]do [et forma] preu]iis<sup>h</sup>, que sequuntur, decreuit composuit et suorum archidiaconi et canonicorum requisito

beneplacito pariter ordinavit super disbrigacione dicte curie, quod ipsa <sup>i</sup>cur[ia ad decanum, qui nunc]<sup>i</sup> est seu pro tempore fuerit · cum omnibus suis pertinenciis · debeat veraciter pertinere · sub condicionibus tamen, que sequuntur · videlicet quod dominus <sup>j</sup>decanu[s qui nunc est seu pro tempore fuerit, astrictu]s<sup>j</sup>, sit ad tenendum et faciendum vnum anniuersarium in quolibet anno vite sue · et ad dandum vnam *marcham* vsualis monete · amore Dei et <sup>k</sup>[*vi oras pro cera ad candelas qu*]<sup>e-k</sup> necessario requiruntur diej anniuersarij tempore pro anima dicti dominj Sigfridi bone memorie episcopi Scarensis et prius decanj, vt premittitur, <sup>m</sup>[Vpsalensis et pro animab]us<sup>m</sup> aliorum decanorum, qui ante ipsum fuerunt, hoc eciam addito, quod futuri successores decanj astricti sint et teneantur hoc idem de puncto ad punctum facere pro anima dominj Nicolai, qui nunc est · et [pro]<sup>n</sup> animabus dominj Sigfridi et aliorum · qui ipsum precesserunt · jta quod omni defectuj et reclamacionj per quemcumque faciende via sit preclusa · quinymo vnus successiue post alium predicta omnia · et singula · vigore presentis ordinacionis obligatus sit punctualiter adimplere · Predictus itaque dominus archiepiscopus et<sup>o</sup> archidiaconus ac canonicj supradicti, ne ecclesie suo seruicio et anime decanorum tanto vt dictum est spirituali suffragio perperam defraudentur, nichilominus ordinarunt iuxta mentem compromittencium · quod si successoribus · sepredicti dominj Nicolai nunc decani supradicta per predictos dominos ordinata visa fuerint aliquialiter onerosa · ita quod premissa omnia et singula nolint ymo<sup>p</sup> renuant obseruare · extunc dicta curia adiudicata sit ecclesie *Vpsalensi* per eam perpetuis temporibus possidenda sub obseruacione omnium et singularum condicionum prius in suis debitis articulis positarum semper salua · De quibus omnibus et singulis tam predicti compromissores quam compositores et ordinatores · in eorum et ecclesie fines magis vtiles pecierunt eis fieri publicum instrumentum per me notarium infrascriptum · quod eisdem concessi, prout poteram et debebam · Acta fuerunt hec · in ciuitate *Vpsalensi* · et in camera dicti dominj · archiepiscopi anno die mense indiccione · pontificatu quibus supra sub sigillis dominj archiepiscopi et capituli ipsius ecclesie necnon decanj et canonici Nicolai et Rodcheri<sup>q</sup> predictorum huic publico instrumento in pendenti apposit[is]<sup>r</sup> in maiorem corroboracionem omnium premissorum jn presencia circumsectorum virorum : dominorum Ragualdi prepositj et curatj in *Thorstunum* et Laurencij<sup>s</sup> prepositi et curati in *Vallabo*<sup>t</sup> testium ad hoc vocatorum specialiter et rogatorum.

Ego<sup>u</sup> vero Laurencius Mathie clericus dyocesis *Strengenensis* publicus auctoritate apostolica notarius premissis compromissionj recognicionj potestatis attributionj compositionj et ordinacioni ac sigillorum dictorum dominorum appositionj necnon omnibus aliis et singulis, qualitercumque fiebant inter partes · vna cum testibus suprascriptis presens interfuj et de eisdem notam recepi, de qua presens publicum instrumentum abstraxi, quod manu propria scripsi signoque meo, quo vtor, signauj per predictas partes requisitus et rogatus ·

På baksidan: Super curia decani Vpsalie compromissa  
e vj (Uppsala domkyrkas lädsignum, se L. Sjödin i MRA 1939, s. 125)

Sigill: nr 1 spetsovalt (tronande ärkebiskop med pallium under gotisk baldakin): *Sigillum Birgeri : Dei : gra[c]ia : archiepiscopi : Vpsalensis*; nr 2 skadat (på ena sidan rester av S:t Lars bild med bokstäverna ...rencius, på den andra rester av S:t Eriks bild med bokstäverna ..CVS); nr 3 (Kristus på korset – andreakors –, dexter lejon, sinister adorant): + S' Nicholai Tho[r]stani *presbiteri canonici Vpsalensis*; nr 4 (kluven sköld, 1. fläkt fågel 2. delat, 2.1. blad, 2.2 bokstaven R): + S' Rotger[i] Ewerardi.

<sup>a</sup> vij B. <sup>b-b</sup> Rotkerus de Adlundum B. <sup>c</sup> Med överflödigt abbreviatustecken A. <sup>d</sup> Ludolphi B. <sup>e</sup> Rotkerum B. <sup>f</sup> Saknas B. <sup>g</sup> Rotkeri B. <sup>h-h</sup> De textpartier som saknas i A (hål i pergamentet) har supplerats efter B. <sup>i-i,j-j</sup> Se not h-b. <sup>k-k</sup> Se not h-b, dock är texten delvis mycket svårläst även i B. <sup>l</sup> anniuersariali (kontamination av anniuersarii och anniuersalis) A, B. <sup>m-m</sup> Se not h-b. <sup>n</sup> Så B, saknas A. <sup>o</sup> Tillagt över raden A. <sup>p</sup> ymmo B. <sup>q</sup> Rotkeri B. <sup>r</sup> Så B, apposito A. <sup>s</sup> Laurencii B. <sup>t</sup> Valabo B. <sup>u</sup> Föregås av notariens märke ms.